

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1 Vtrum vntas aliquid positue dicat in diuinis, & non remotionem tantum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

ita contigerit, possent ad errorem perduci. ergo Ecclesia in talibus errare non potest.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in epistola ad Hiero. q̄ si in scriptura canonica aliquid mendacium admittatur, nutabat fides nostra, quæ ex scriptura canonica dependet; sed sicut tenemus credere illud quod est in sacra scriptura, ita illud quod est communiter per Ecclesiam determinatum, vnde hæreticus iudicatur qui sentit contra determinationem conciliorum. ergo cōmune iudicium Ecclesiæ erroneum esse non potest, & sic idem quod prius.

**R E S P O N S O.** Dicendum, q̄ aliquid potest iudicari possibile secundum se consideratum, quod relatum ad aliquid extrinsecum impossibile invenitur. Dico ergo, q̄ iudicium eorum qui presunt Ecclesia potest errare in quibuslibet, si personæ eorum tñ respiciatur. Si vero consideretur diuina prouidentia, qua Ecclesiam suam Spiritus sancto dirigit, vt non erret, sicut ipse promisit, Ioan. 14, quod spiritus adueniens doceret omnem veritatem de necessarijs, scilicet ad salutem, certum est q̄ iudicium Ecclesiæ vniuerſalis errare in his, quæ ad fidem pertinent, impossibile est. Vnde magis est standum sententia Papæ, ad quem pertinet determinate de fide, quam in iudicio profert, quām quorūlibet sapientum hominum in scripturis opinioni, cum Caiphas, quāmuis nequam, tamē quia Pontifex, legatur etiam inscius prophetasse, Ioan. 11. In alijs vero sententijs, quæ ad particularia facta pertinent, vt cum agitur de postfisionibus, vel de criminibus, vel de huiusmodi, possibile est iudicium Ecclesiæ errare propter falsos testes. Canonizatio vero sanctorū medium est inter haec duo: quia tamen honor quem sanctis exhibemus, quādā professio fidei est, qua sanctorū gloriam credimus, pie credendum est, quōd nec etiam in his iudicium Ecclesiæ errare posit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Pontifex, cuius est canonizare sanctos, potest certificari de statu alii cuius per inquisitionem vita, & attestacionem miraculorum, & praincipie per instantium Spiritus sancti, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

AD SECUNDVM dicendum, quod diuina prouidentia præseruat Ecclesiam, ne in talibus per fallibile testimonium hominum fallatur.

Finis noni quodlibeti.

## INCIPIT QVODLIBET DECIMVM.

### QUESTIONES PRIMAE.

V A E S I T U M est de Deo, angelo, & anima.

¶ De Deo quæsita sunt tria.

¶ Primò, De eius vnitate.

¶ Secundo, De eius iudicio.

¶ Tertio, De eius sacramento.

### ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnitatis aliquid positive dicat in diuinis, & non remotionem tantum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod vnitatis aliquid positive dicat in diuinis, & non

A remotionem tantum, secundum opinionem Magistrorum. Ex priuationibus enim non constituitur res aliqua: sed ex vnitatibus constituitur numerus, qui est res, cum sit species quantitatis. ergo vnitatis non dicitur secundum priuationem tantum.

¶ 2 Præt. Numerus sequitur distinctionem. Si ergo vnitatis, & numerus in diuinis non dicent rem aliquam, non esset in diuinis realis distinctio, quod est hæretis Sabelliana.

¶ 3 Præt. Si vnitatis, & numerus in diuinis dicuntur solummodo remotive: per vnitatem autem nihil aliud videtur remoueri quam numerus, nec per numerum aliud quam vnitatis, sequitur q̄ vtrumq; istorum in diuinis dicatur secundum negationem negationis: sed negatio negationis non est, nisi secundum rationem tantum. ergo vnitatis, & numerus non essent realiter in diuinis, quod est inconveniens: & sic vnum & numerus aliquid positivè dicunt in diuinis.

**S E D C O N T R A.** Omne quod prædicatur de aliquo, prædicatur de eo sive propriam rationem: sed ratione vni in negatione cōsistit. Est enim vnu, quod non dividitur sive Philosophum. ergo de Deo prædicatur secundum remotionem tantum.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 10. Meta. vnu & multa opponuntur, sicut priuatio, & habitus: priuatio autem dicitur per remotionem tantum, ergo vnum, quod inter prædicta duo tenet locū priuationis dicitur per remotionem tantum.

¶ 3 Præt. Vnum supra ens, non addit aliquid sive rem, quia sic res non esset vna per suam essentiam, addit ergo aliquid secundum rationem tantum: sed quod est secundum rationem tantum, vel est negatio, vel relatio. Cum ergo vnum supra ens non addat aliquam relationem, quia ad aliquid nec dicitur, videtur q̄ addat negationem.

**R E S P O N S O.** Dicendum, q̄ vnum quod est principium numeri, de necessitate aliquid positivè dicit in eo, cui attribuitur, quia cum ex vnitatibus numerus constituantur, nisi vnitatis res aliqua esset, numerus res esse non posset, & sic non posset poniri in aliquo genere tamquam species. Si ergo vnum, quod conuertitur cum ente, sit idem, quod vnum, quod est principium numeri, oportet q̄ etiam vnum, quod conuertitur cum ente, aliquid positivè superaddat enti, & hoc concedit Auicenna, vnde vult, q̄ vnum, quod conuertitur cum ente, addat supra ens aliquid, quod ad genus mensuræ pertineat. Sed hoc non potest esse, quia cum vnum, quod conuertitur cum ente, de qualibet re dicatur, oportet q̄ etiam illa res quā addit supra ens, sit vna, & sic, vel erit vna per aliquā vnitatem additam, & ita erit processus in infinitū, vel erit vna per essentiam suam, quod si est, stādum est in primo, vt sensu ipsum dicatur vnum per essentiam, non per aliquam rem additam. Sic ergo intellectum est secundum opinionem Aristotelis, &

E Commentatoris eius, q̄ vnum, quod conuertitur cum ente non superaddit enti rem aliquam, sed solum negationē divisionis: & sic huiusmodi vnu, & ponit aliquid in quantum in suo intellectu includit ens, & dicitur remotive quantum ad id, quod superaddit enti. Vnum vero, quod est principium numeri, quod superaddit enti aliquid de genere mensura, & similiiter numerus cuius est principium, inueniuntur in rebus habentibus dimensionem, quia talis numerus causatur ex divisione continui, & hic numerus, s. ex divisione continui causatus, est subiectum Arithmeticæ, etiam secundum Auicennam.

Quodlib. S. Tho. I Nulla

Tex. cap. 9.  
6. Phy. tex.  
com. 25. & 5.  
Meta. tex.  
com. 11. 16.

D. 79.

## QVODLIBET. X.

## ART. II. &amp; III.

Nulla autem conditio propria rei corporalis potest dici de Deo, aut de aliqua substantia spirituali. Vnde si hoc unum & numerus, quae continentur in genere quantitatis, non dicuntur de Deo, & de alijs substantijs incorporeis, sed solum unum, quod convertitur cum ente, & multitudine ei opposita: & ideo unitas in diuinis non dicitur, nisi remotius, quantum ad id, quod superaddit enti, quamvis ponat aliquid, secundum quod includit ens: est enim unum ens indivisum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa predit de uno, quod est principium numeri.

AD SECUNDVM dicendum, quod obiectio illa procedit, si nullo modo unum, & numerus aliquid poneant realiter in diuinis, ponunt autem ens, & rem distinctam, vel indistinctam quantum ad hoc, quod ens includitur in ratione viuis, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod in ratione multitudinis includitur negatio rei, sed in ratione viuis negatio negationis, & rei simul: quod sic patet. Vnum enim est, quod non dividitur, divisione autem est, quia negatur per vnum, quod convertitur cum ente: oportet autem, quod sit talis, quod in omni divisione saluetur, haec autem est divisione per affirmationem, & negationem, & ideo huius divisionis negatio constituit rationem viuis. Est enim vnum, quod non dividitur tali divisione, quod sit accipere hoc, & non hoc, & sic vnum inquantum negat affirmationem, & negationem, simul est negatio rei, & negationis simul. Prædicta vero divisione includitur in ratione multitudinis, & sic includitur ibi negatio rei, quia multa sunt, quae sic dividuntur, & corum vnum non est alterum.

## ARTICVLVS II.

Vtrum Christus sit descendens ad iudicium in terram.

*6. d. 47. q. 1.  
5. 1. 1. 1. 1. 1.*  
AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod Christus non sit descendens ad iudicium in terra, quia super illud Psal. Dominus in templo, sancto suo &c. dicit glo. Quod Deus in celo sedens, de bonis, & malis iudicat. ergo iudicium non est futurum in terra, sed in celo.

¶ 2 Præt. Ad dignitatem iudicis pertinet, quod indicandi ad eum accendant, & non ecclesiensi: sed Christus est dignissimus iudex, cuius locus est celum. ergo homines ascendent illuc, ut ibi iudicentur, non autem ipse in terram descendet homines iudicaturus.

¶ 3 Præt. Si iudicium sit in terra futurum, præcipue videtur quod sit futurum in valle Iosaphat, ut habetur loc. 3. sed locus ille non possit tantum multitudinem hominum capere, & sic non est ibi futurum iudicium. ergo in nullo loco terra.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. ad Thess. 2. quod Christus in ipsis, & in voce Archangeli, & in tuba Dei Descenderet de celo, & ita videtur, quod iudicium in terra, non in celo sit futurum.

¶ 2 Præt. In iudicio cōparebunt non solum electi, sed etiam reprobi, qui habebunt corpora grossa, & grauias, & sic non cōpetit eis locus cœlestis, sed terrestris. ergo iudicium non est futurum in celo, sed in terra.

RESPON. Dicendum, quod iudicium ordinatur ad retributionem premiorum. Vnde secundum duplex præmium, scilicet animæ, & corporis, est duplex iudicium Dei. Vnum quo beatificatur, vel damnatur homines quo ad animam, & hoc iudicium per totum hoc tempus agitur. Aliud est iudicium quo præmiabuntur, vel punientur homines, etiam quantum ad corpora, & hoc iudicium fieri

F post resurrectionem in fine temporis. Primum autem dicendum cōuenit Christo ratione diuinitatis, scilicet in ratione humanitatis, quia sicut dicit Augustinus super Io. Verbum Dei vivificat animas, sed verbum caro factum vivificat corpora, unde est Io. 5. cf. Potestare dicit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Sic ergo ultimum iudicium est futurum in loco qui Christo competit rōne sive humanitas. scilicet circa terrā illam, ubi natus est & paschus, & reliqua humanitas cōpletur officia: propter quod dicitur quod in valle Iosaphat, dicendum est futurum, quia vallis illa subiacet monti Oliveti, vnde Christus ascendit in celo, ut sic oleum datur idem esse quod ascendet regnaturus, & qui descendit iudicaturus, in illud Aeternum. 1. Quemadmodum vidisti eum ascendente in celum, ita veniet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod glori illa logitur de primo iudicio, quod competit Christo rōne diuinitatis, rōne cuius est celum ei pro loco assignatur, non quia diuinitas loco claudatur, sed quia in celo præcipue inter ceteras corporeas creaturas apparet iudicia maiestatis diuinae: vnde celum locus Dei dicitur, & sanctorum, qui Deo fruuntur.

AD SECUNDVM dicendum, quod accessus ad locum iudicis. i.e. scilicet in celum est premium quod ex iudicio reportatur, vnde debet iudicium legi, non procedere: non autem ita se habet ad iudicium humanum accessus ad locum iudicis, & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod in iudicio neque Christus, neque electi erūt in terra, sed soli reprobi. Christus enim & electi erūt in aere, in illud ad Theolog. 4. Rapiemur in nubibus obviā Christo in aera: reprobi autem erunt non solum in valle illa, sed in regione circumquaque, vnde Christus & electos vide poterunt tum rōne altitudinis, tum rōne claritatis.

## ARTICVLVS III.

Vtrum species vini, que remanet in sacramento altaris post consecrationem, alijs liquori commisceri posset.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod species vini, quae remanet in sacramento altaris post consecrationem, alijs liquori commisceretur posset. I qd secundum Philos. in 1. de generatione, miscibilia sunt in mixto potentia, non actu. si ergo illa species vini alteri liquori miscetur, post mixtione non remanet illa species in actu, sed deficiente specie deficit esse corpus, vel sanguis Christi: sed hoc est inconveniens, quod in Philo. que sunt miscibilia, sunt etiam separabilia, & sic illa species alieni liquori admista poterit iterum separari, qua separazione facta erit ibi verum corpus Christi cu ea, vel sanguis, cum randidi corpus, vel sanguis Christi sit sub specie, quandiu species est, & sic sanguis Christi de novo incipiet esse sub specie vini alio modo: quam per consecrationem, quod erat est inconveniens, ergo & illud ex quo sequitur, scilicet quod species vini post consecrationem alteri liquori miscetur.

SED CONTRA. Forma mixta est forma accidentalis: sed accidentis superuenientes non corruptim subducuntur. ergo post mixtione specie cum aliquo liquore, adhuc remanet ipsa species, & sic non sequitur in conueniens prædicatum.

RSPON. Dicendum, quod quidam dicunt, illis speciebus nullo modo possint admisceri aliquæ liquores, quoniam sub totis illis speciebus desinat esse sanguis Christi: & hoc ideo, quia mutatis speciebus non remanet ibi ve-